

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
JUSTIFICATIONE
HOMINIS, PECCATO-
RIS CORAM DEO:

Quam
IOVA IUVANTE
In Inchyta Academia VVitebergensi.
SUB PRÆSIDIO,
VIRI

Pl. Reverendi, Excellentissimi atque Clarissimi
DN. JOH. ANDREÆ QUENSTED,
S. S. Theologiæ D. atque Professoris Extraordi-
narii, nec non Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Adjuncti
meritissimi, Dn. Præceptoris, Fautoris & Promotoris
sui perennè colendi, devenerandi

Publico examini sistit
ALBERTUS TRACHSDORFIUS
S.S. MINISTERII CANDIDATUS, LIPS. MISN.
AUTOR AC RESPONDENS.

Ad diem Septembr. 8. Horis antemeridianis
In Auditorio Veteri.

LITERIS OELSCHLEGELIANIS.



INCLYTÆ FLORENTISSIMÆQ; REIPUBL.
TORGAVIENSIS
VIRIS

NOBILISSIMIS, MAGNIFICIS,
AMPLISSIMISQ; ET PRUDENTISSIMIS
DNN. DNN.

CONSULIBUS,
SENATORIBUS,

SPLENDIDISSIMIS, EMINENTISSIMIS, ATQVE
GRAVISSIMIS, INTEGERRIMISQVE,
MAGNATUMQVE EXEMPLO NATIS,
PATRIÆ PATRIBUS OCULISSIMIS,
PIIS FOELICIBUS,
VIRTUTUM DOCUMENTIS,
ORTHODOXÆ VERITATIS ORNAMENTIS,
CASTALIDVM DOMICILIIS,

SALUTEM AC FELICITATEM!



נשם הוה אל הנה

ΠΡΟ ΟΙΜΙΟΝ.



Rticulum Justificationis
hominis peccatoris coram DEO
similem esse Arca Domini ארון
יהוה ut vocatur Ios. 6. hinc in-
de patet. De ea enim legimus,
ut Philisthiim victoriã adeptã
inter exuvias Israelitarum pro-
fligatorum relictas hanc in pote-
statem redigere & asportavere

אנוהעור & intulere templum Dagon & statuere juxta
Dagon haud potuit Deus ter. Opt. Max. juxta eam Da-
gon pati, (quia hoc Idololum non erat Deus verus; sed res
inutilis Lev. 19. Idololum nihil est in mundo (אידעל) 1. Cor.
8. Israelita inquit DEUS, Deut. 32. me concitaverunt I-
dolis suis, quæ כלא-אל. Roboam fit Sacerdos eorum, qui
non sunt Dii, sed לאאלהים. 2. Par. 13. qui לאאל
הים. & tamen Populus meus commutavit כלראי ועיר
Ies. 41.) itaque de Solio in terram deturbavit duobus vic-
ibus, quod Idololum vel fictitium Deum bis in terrã pronus
ante arcam fœderis, jacentem Azotii invenerunt ac absci-
sis manum palmis de quo facto recte ad se accomodaverint,
id quod apud Jer. 3. C. extat: jacemus ננשתבר & operit
nos כלמתנר ignominia nostra, it. C. 48. Ies. 45. Et Ba-
ruch. 8. ait: *Ἰεγερωσόντες αὐτὰ καταχρονίσοντες*, quia sunt
lapides Ier. 2. Sculptilia Hab. 2. Similia Ezech. 8. Ster-
cora



cora 1. Reg. 15. inania terriculamenta 1. Reg. 15. opera manuum hominis, (Deut. 4. 2. Reg. 22.) Sic Articulus predictus, etiam tolerare haut quit & valet falsum aliquod fictitium idolum h. e. aliquam doctrinam & opinionem hominibus prolatam, obscurantem officium Mediatoris Iesu Christi, & statuentem dispositiones, qualitates, aliaque opera ad Iustificationem ex viribus nostris profluentia, necessaria esse, ad salutem) contra SS. expressam negationem. Sic enim D. Apostolus καὶ ἔξοχὴν; λογιζόμεθα ἐν πῖσι δικαιοδοσίαν ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου, Rom. 3. Unde totius Christianismi ἀκρόπολιν, salutisque ἰδρυαίωμα rectè B Chemnitius nominavit amissive Articulo amissam esse totam Christianæ Religionis Doctrinam rectissime dixit B. Luth. Totis itaque viribus omnibus & singulis annitendum erit, ut hanc incorruptam, incontaminatam retinamus Apostolicam de Iustificatione doctrinam. Quam qui amittit jacturam facit haut tum temporaneæ, quam aeternæ salutis. Quod etiam pro virili mea facere contendo. πᾶσι λογίαν spirituale vulnus illud animæ gravissimum, imò lethale peccatum originale continentem jam non attingemus, cum olim Athenis Argentoratensibus Trebocorum de hoc disserui; sed ex templo ad Θεραπευσίαν accessum faciemus, quo meriti emplastro vulnus hoc tegatur, curetur, ostendentem. Et cum omnia à Definitione sunt incipienda, talem quoque methodum observabimus. Tu verò benignissime Jesu benignè conatibus annue ex alto!

DE JUSTIFICATIONIS DEFINITIONE.

I. Justificatio nihil aliud est quam imputatio Justitiæ Christi rationalis quando nimirum Deus homines impios pro verè justis habet, non ob inhærentes quasdam quali-

98
qualitates tanquam justitiæ meritoriaë, sed unice ob satisfacti-
onem Filii sui credentibus imputatam, quæ fide eis
imputatur, ac si nosmet ipsi Deo perfecte satisfacissemus,
hinc fit ut & justitia nobis imputatur, h. e. ut pro justissimi-
mis à Deo habeamur & reputemur.

II. Justificatio est vocabulum ambiguum, & tri-
plicem in SS. significationem habet. *ἰ. κοινῶς* sumitur,
quod est laudem alicui tribuere, adprobare, sic usurpatum
Luc. 7. de public. justificantibus Deum, h. approbantibus
consilium, quod v. 30. dic. Pharisei sprevisse.

III. *ἰδικῶς*: pro Absolutione, à crimine & reatu scil.
intentato, sic Prov. 17. utitur. Deut. 25, 1. & c. pro declara-
tione justitiæ scil. internæ per vitæ sanctimoniam exter-
nam. Pro Continuatione, scil. justitiæ per fidem in
Christo consecutâ, Apoc. 22, 11.

IV. *ἰδικαίῳ* in foro divino: ubi non justitiæ habi-
tum infundere ut Bell. & Becan. contendunt, significat:
sed in significatione forensi à peccatis absolvere perfe-
ctam Christi obedientiam activam & passivam, & per il-
lam nobis reparatam justitiam imputare, & ita per illam
perfectè justum pronunciare. Et hæc significatio est hujus
loci propria.

V. Diximus in Thesi præcedente justificationem ha-
bere sensum forenssem non verò Grammaticum, ut Stevar-
tius voluit, sicut calefactio, Sanatio, eruditio, ubi nova-
rum qualitatatum fit introductio: Et probamus à justifica-
tionis descriptione: Quæ omnibus suis circumstantiis
planè forensis Actus describitur. Nam datur Tribunal
Rom. 14. Judicium Psal. 143. Reus Matth. 5. Delictum
Matth. 6. Chirographum Col. 2. Testes Rom. 2. Advocatus,
Joh. 2. Mediator, Hebr. 7. peccata sibi imputata exci-
piens Es. 53. pro ipsis intercedens Rom. 8. eosque cum par-
te læsâ in gratiam reducens, Rom. 5. Judex, 1. Cor. 4. qui per
Mediatorem placatus: Rom. 5. supplici reo pœnam & cul-
pam condonat, Ps. 31. Ps. 103. & eumque *χαίρει*, Rom. 5.
ab

absolvit & salvat Ps. 25. vel fide salvifica destitutum ligat, judicat & condemnat Matt. 5. 1. Joh. 3. Rom. 5, 16. Gal. 3, 10.

VI. Ab Oppositis. Siquidem in Articulo Justificationis opponitur Condemnatio Justitiæ.

VII. Ab Æquipollentibus. Quæ enim tanquam *ισοδυναμῆς* pro justific. sumuntur, illa itidem sunt judiciaria: e.g. non venire in judicium Psal. 143. non judicari aut condemnari Joh. 3. peccata remittere Rom. 3. condonare pœnam Col. 2, 13. Tegere non imputare Rom. 4. quæ omnia forensem Justitiæ sensum nervosè stabiliunt.

VIII. Gravisissimus igitur est Doctorum Romanensium error, ideoque non tollerandus qui ut infusionem & justitiæ incrementum, i. e. habitualement & actualement justitiæ, quarum illam Justificationem *primam* hanc vero *secundam* vocant, probare & exemplis deducere videantur, non concedunt hoc vocabulum *forensem* sortiri *significationem*. Sed unum tantum hoc loco considerare lubet.

VII. Desumunt ex cap. 5. Rom. v. 19. & in illo duo urgent (1.) *Φράσιν constituti justum, κατεξάθησαν ὁ πόθος δικαιοῖ & κατεξέθησαν τῶν πόθων*, quod posse non fieri, ajunt, nisi per adeptionem inhærentis justitiæ. (2.) *Αντίθεσιν* Adami & Christi. Sicut peccatores per *Adamum* constituuntur peccatores *intrinsecè & formaliter*, per peccatum in ipsis *intrinsecè manens*, & non per peccatum *Adæ* ipsis *imputatum*: per *Christum* igitur etiam constituuntur *δίκαιοι*, per *justitiæ ipsi datam*, & in ipsis *intrinsecè manentem* & non per *Christi justitiæ ipsius imputatam*.

VIII. Ad hoc argumentum B. Balduinus tali modo respondit, quod Antithesis Paulina eò se non extendat, quò cum trahere volunt Pontificii. Etenim non quoad modum justitiæ vel injustitiæ nobis collocatæ conferuntur *Christus & Adamus*, aliàs sequeretur: quemadmodum *Adami injustitia nostra* fit per generationem carnalem in nos profeminari, id quod aperte negat B. Joh. c. 3. v. 13. Sed considerat Apost. in hac Antithesi (1.) *Salutis ac condemnationis causas*, sicuti enim condemnatio ab Adam;

Pererius
Disp. 17. in
C. 1. com. nū.
74. item
Bellarmin.
lib. 2. de Ju-
stificat.

In Comment
super Epist.
ad Romanos



inobedientia; ita salus ac obedientia Christi (2) Obedientia & inobedientia effectus (3) Utrique subjecta sed vocabulum notat (1.) Justitiam a Christo nobis verè esse partam, nosque per Christum verè fieri justos (2.) nostram justitiam fieri in DEI judicio ubi non novus habitus infunditur sed accusati a peccatis absolvuntur & pro justis verè reputantur. Præterea de phrasi δίκαιον καταστῆναι diversæ sententiæ se offerunt, nam δίκαιον & δίκαιον καταστῆναι æquipollentia sunt, tamen δίκαιον καταστῆναι latius patet quàm prius, ita ut per illud præter justificationem etiam renovationis ἐργον & Sanctificatio includatur, quod in justificatis hominibus hæc in vita inchoatur, in futurâ verò vita absolvetur, &c.

Jam accessum faciemus ad causas Iustificationis.

DE CAUSA EFFICIENTE

IX. *Causa efficiens; Principalis* Iustificationis nostræ Deus ipse est, teste Paulo, Rom. 8. Θεὸς ὁ δίκαιός & Rom. 3. ὁ Θεὸς εἰ δίκαιός. Intelligitur, vero SS. Trinitas ipsa, quod enim in genere his locis Deo tribuitur, id alibi in specie Patri, Joh. 3. Filio Ef. 43. &c. Gal. 2. αἱ γὰρ ἠγάπησαν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑμᾶς ut & Spiritui S. 1. Cor. 6. 11. ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ ὑμῶν.

X. *Causa impulsiva* h.l. duplex datur: altera interna, altera externa. interna, est χάρις, φιλανθρωπία Dei, Rom. 3. v. 24. describitur ea duobus verbis τῇ αὐτῆ χάριτι ipsius gratia. Sed sciendum est hoc vocabulum χάρις continere ὁμωνυμίαν (1.) κυρίως sumitur pro benevolentia, favore & voluntate clementi, quâ Deus erga nos propter Christum affectus. Hæc secundum Flacium χάρις est activa, sic de Noah dicitur, Gen. 6. gratiam eum invenisse in oculis Domini. Et opponitur ἀντιληρημέως Debito Rom. 3. 27. Operibus & merito Eph. 2. 8. Rom. 11. Et hæc signifi-

Causa προγενετική (2) causa. Προκατάρκτη



significatio unice locum possidet in negotio justificationis
August. B. & semper opponitur ἔργοις. E. inscite & perversè depra-
[lib. 5. de] vavit, Pelagius hunc Textum, qui dixit intelligere esse, de
Gratia c. 31. doctrina legis hoc vocabulum χάρις.

XI. Sumitur αἰὺρ pro donis gratuitis vel ex benevo-
 lentia collatis, sic per Μετανομίαν effecti pro causa: in Græco
 exprimitur tum voce χάρις Eph. 4. tum χάρισμα
 1. Pet. 4. Et hæc χάρις sec. Flacium est passiva, quia est re-
 ceptio doni. Omnis autem receptio est quædam passio, ut
 loquuntur Philosophi.

XII. Sumitur pro Gratositate seu pro illa mansuetu-
 dine & comitate, quæ quis sese omnibus ἐν πρόσωπον bonis
 acceptum & amabilem reddit, hoc sensu legitur Luc. 26.
 de B. Maria, it: Luc. 2. Græci dicunt χάρις λόγων, accepti &
 grati sermones. χάρις τῆς ἀγαθῆς gratiosa, virtus. χάρις
 autem priori sensu sumitur pro favore & Dei misericordia,
 non infusa, ut Bellarminus cum Complicibus vult, quod
 probamus mente Apostoli (1.) si enim justificamur gratis
 δωρεάν ἢ αὐτῶν χάριτι, quod vocabulo Paulus industria
 causa χάρις addidit adverbialem particulam δωρεάν
 gratis cui respondet ΔΩΡΟΝ quæ in SS. tribus modis usur-
 patur (1.) notat defectum soluti pretii, Gen. 29. (2.) defectum
 meriti 1. Sam. 19. E. significat gratis, per gratiam Dei justi-
 ficari, idem in gratiam Dei recipi: gratia non potest ope-
 ra vel operum ac habitus infundi, alias enim sibi ipsi esset
 contrarius Apostolus. (2.) Additur pronomen αὐτῶν;
 quod docet nos gratia Dei justificari, non quatenus ea in
 nobis sua habet ἔργα, sed quatenus in Deo est. Verba
 enim τῆ αὐτῶν gratiam significant, non quæ ab ipso, sed
 quæ in ipso est. (3.) apponitur vocula δωρεάν, ut vox
 χάρις explicatur & favor, & Clementis Dei gratia, in
 Christo, & propter Christum nos acceptantis notetur (4.)
 Opponuntur χάρις & ἔργα, quæ opposita, ideoque idem si-
 gnificare nequeunt. tunc rectè Apost. Rom. 4, 3. τῶ δὲ
 ἔργα-

ἐργαζομένω ὁμοίως ἔλογίζετο καὶ χάριν αἰλλὰ καὶ πρὸ φείλημα.
 4.) præcidit nobis omnem gloriationem. Nam quò iustificatos reddimur, eò non licet nos gloriari ut nostro. (5) Apostol. Nam gratia salvati sumus: quam ne quis more Pontificiorum interpretetur de gratuitis donis per gratiam factis statim adponitur ἐκ ἐξ ἔργων εἶνα μή τις καυχῆσθῃ, qualis oppositio etiam est illa Rom. 11, 6. Ἐπειὶ ἡ χάρις ἐκ ἐπιγίνετο χάρις. (6.) Apostolus ipse exponit, Rom. 5, 20. Hanc gratiam superabundare ἔδὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἀμαρτία ὑπερ ἐπιείσαυσεν ἡ χάρις, ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia. Quare per eam χάριν non infusus ἐξίς; sed Dei miserentis paterna voluntas intelligenda est.

XIII. *Causa externa.* Est enim extremi generis humani miseria, in qua post lapsum hærebat & describitur Rom. 3, v. 13. Τάφθη ἀνεωγμένθη ὁ λάρυγξ linguis suis dolosè agebant, &c. quæque misericordiam Dei irritabat. Eph. 2, 4. qui dives est in misericordia propter multam charitatem suam qua dilexit nos.

XIV. Bellarminus Voculam PER urget, sed sciendum est, in Græco Textu non legi, qui sic habet: Δικαιούμενοι δωρεάν τῇ αὐτῇ χάριτι. (2) Falsum etiam esse particulam Per nunquam apponi causæ efficienti, vid. Rom. 6. 4. Gal. 1.

DE CAUSA MERITORIA.

XV. *Causa meritoria* Justificationis est, quæ vocatur meritum Christi, qui ex immensa Φιλανθρωπία αἰταπεινώτατον αὐτῶ ὑψθη ἀταπεινώτως ταπεινώσας humilians secundum altitudinem humiliabilem de quo Paulus διόξοδον elegantem instituit. Nam cum Deus æque justus esset ac misericors, oportuit esse aliquid, quo Dei justitiæ satis fieret. Apostolus h. l. exprimit tribus significantissimis verbis (1.) Ἀπολύτρωσις, (2.) ἰλασθήρις, (3.) αἵματι.

XVI. Ἀπολύτρωσις ἔχρησθη, Απολύτρωσις est vocabulum militare. In Genere λύτρεν significat sufficientissimum redemptionis pretium, quod persolvit hostis hosti pro captivis. Id vult etiam Flacius in Clavi. Chrysoft. ait: Apostolum

B stolum



stolum vocare ἀπολύτρωσιν non vero ἡμιλύτρωσιν ut indicaret esse hanc redemptionem non imperfectam, sed plenam & perfectissimam, quemadmodum λύτρον ἀντὶ τῆς κατὰ δίκης significat pretium liberationis pro re iudicata apud Lucianum dicitur.

XVII. Hæc vocula nos tria docens (1.) quod Christus λύτρω sanguinis & mortis à captivitate (quod detinuerit lex Dei captivos nos) nos liberarit. Unde & ipse vocatur ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων 1. Tim. 2: 2. Petr. 1. pretiosissimo sanguine suo nos emisisse.

XVIII. Temperamentum Justitiæ & misericordiæ Dei, quia misericors simul est & justus, ideoque absque proprii filii sanguinis effusione non potuerimus liberari. (3.) Christum esse verum θεῖον ἄνθρωπον. Nudus enim homo redemptionis λύτρον persolvere non potuisset.

XIX. Bonitatis est, quod inimicos in gratiam receperit.

XX. Sapientiæ est, quod tam divinū remediū invenerit.

XXI. Sanctitatis est quod λύτρον pro sceleratis adsumpserit

XXII. Justitiæ est, quod prævaricatores semper extremè oderit.

XXIII. Veritatis est: quod in missione filii promississet.

XXIV. ἰλαστήριον significat propitiationem, quo vocabulo tria h. l. innuuntur (1.) Dei ob peccata indignatio (2) eius per Christum reconciliatio. LXX. utuntur hoc nomine quo operculo arcam fœderis regente, quod Moses vocat תָּרָבִיב quod fuit typus Christi Heb. 4. Ad illud igitur respicit h. l. Apostolus quando Christum vocat ἰλαστήριον, ratione [1.] opertionis, contra æstum iræ divinæ propter peccata nostra, [2.] ratione prædicationis, quia solus ille est Christus, qui è sinu Dei paternæ voluntatis, responsa nobis revelavit Joh. 1. Ἐπὶ ἑκάτων ἡμερῶν τέτων ἰλάλησεν ἡμῖν ἐν ἡῶ Ἑ. [3.] ratione placationis, quia Christus ipse sanguine suo patrem cœlestem peccatis nostris effuso copiosè iratum & vehementer la sum placavit & reconciliavit. Et hanc sententiam & rationem secundum V. T. significationem h. l. imprimis attendit, quia Christum per fidem in sanguine eius, nostrum esse propitiatorium affirmat. Hinc etiam ἰλασμός vocatur, Joh. 1, 2. εὐψασις

Exod. 25, 22.

εμφασις etiam observanda est, h.l. in verbo proponendi, כפר dicebatur positum, hoc vero *ιλαστήριον* propositum. Ratio est, quia illud erat in Sanctuario: quò nò cuivis licebat adire, & introire, Ad hoc verò licitū omnibus accedere est.

XXV. Tertio *αἷμα* fit mentio, quod scil. effusione sanguinis propitiatio pro nobis factus fit. Quidam putant positum esse Phrasi Hebraica pro *eis αἷμα* in sanguinem, ut ita principale Objectum Passio &c. exprimitur, quæ expositio quidē Scripturæ est analoga. Interea verò ne à clara litera recedam, prædicta deductio necessaria non est, Rectè enim refertur ad *ιλαστήριον*, ut in Christi Sanguine h. morte Christi illud propositū intelligatur *ιλαστήριον*. Hinc Ep. ad Heb. c. 9. 12. quod *χωρίς αἷμα τεκυσίας* nulla fiat remissio. Duo igitur ex hoc fluunt (1.) *effusionis necessitas* (2.) *effusionis necessitas*. Matt. 26.

XXVI. Observandum autem est contra Johannem Piscatorem & socios *συνεκδοχικῶς* pro toto mortis Sacrificio quo facta est nostra expiatio, qua tamen pars altera non excludit poni vocab. *αἷμα*, usitata enim est Scripturæ Synecdoche, tribuentis justificationem nostram interdum passivæ, interdum activæ Christi obedientiæ: sicut & Rom. 4. resurrectioni tribuitur, quæ sane ad passivam Christi obedientiam referri nequit. Non autem negamus sæpius scripturam meminisse sanguinis, mortis &c. Christi, quàm obedientia legi pro nobis præstita; non quidem quasi vel sola obedientia passiva satis sit, vel Spiritus S. de meritoria justitiæ nostræ causa non sufficienter nos instituerit, ut Sacramentarius Herbornensis collegit: sed partim, quia passio & mors Christi fuit colophon & ultimus terminus obedientiæ Christi pro nobis teste Apostolo Phil. 2. præstita; partim, quia justificatio nostra remissione peccatorum describitur Psal. 32. Rom. 4. Remissio autem peccatorum sine sanguinis effusione non fit. Heb. 9. ubi verò peccatorum condonatio invenitur, ibi est justitia nobis imputata: *nam cedente peccato, succedit gratia*. Propterea in Homogeneis, connexis & subordinatis unig inclusio non est alterius exclusio. Sunt autem connexa Christi obedientia *passiva & activa*. Etenim haud propter Christi *αἷμα τεκυσίας* peccata tantum nobis remittantur; Sed



Sed ipsius iustitia qua obedientia *passiva & activa* legi præstita acquisivit, insuper nobis per fidem imputatur. *Activa* obedientia semper monet *principale agens* iustitiæ nostræ meritumque sed tamen inclusivè *passiva*. Hoc vult Joh. c. 19. *Τετέλεσται*. Phil. 2. factus est obediens *μέχρι θανάτου θανάτου ἢ θανάτου*.

XXVII. His vocabulis non immeritò descendamus incertamen contra Photinianos docentes (1.) *Deum generis humano nunquam fuisse infensum*. R. Hoc dogma execrabile esse. Nam cum Apostolus, 2. Cor. 5. Omnia autem à Deo *ἔκαπελάξαντες ἡμᾶς ἐαυτῶ δια ἰησοῦ χριστοῦ καταλλαγῆς* miram ἐμφασίν, habet. Etenim est metaphora ab humanis sumpta, ubi per dissensum & offensum hominum inimicitia ortæ per interventum tertii sopiuntur: quæ metaphora clarius exprimitur Rom. 5. 10. *cum inimici essemus reconciliati sumus Deo*, Et ut dixi ex nostris vocibus (1.) à vocabulo *ἀπολυτρώσεως*; hoc vocabulum præsupponit captivum, captivus non ab amico tenetur sed ab hoste infenso, ut probatur ex C. 5. Rom. ubi dicimur ab *Ira Dei liberati ἀπὸ τῆς ἀργῆς*. quia ira nihil est aliud quàm *Iustitia Dei* vindicatrix, fatente ipso socino.

XXVIII. Ab vocab. *ἰλατηρίας*. Nemo enim placatur sive reconciliatur, nisi qui prius fuit offensus & iratus, ideoq; hic præsupponitur Deum antea à nobis succensuisse, quia dicatur Deus *δια ἰησοῦ χριστοῦ* 2. Cor. 5. reconciliatus, unde etiam dicimur *filiis iræ* Eph. 2. *sub carne venundati*, Rom. 7. *caro ex carne*, Joh. 3.

XXIX. Ab *αἱματεκχυσία*. Præsupponit omnis oblatio offensionem Dei. Eum in finem enim offertur oblatio, ut Deus rursus irascens placetur quod patet ex Levitico toto. Atqui Christus mors & *αἱματεκχυσία* effusio fuit oblatio pro peccatis. *Ἐ. αἱματεκχυσία* & Christi mors præsupponit offensionem Dei.

XXX. (2.) Dixerunt Photiniani *nullibi fundatam esse Christi satisfactionem*. R. nihil pestilentius esse posse eo dogmate. Etenim non solum ex *Θείῳ* præcedenti confutari possunt

possunt sed etiam 2. Cor. 5. Si unus pro omnibus mortuus est, omnes mortui sumus: in Christo enim sumus omnes nos tanquam in radice rami: moriente illo, & nos omnes in ipso morimur: vivente illo, & nos omnes in ipso vita fruimur. Si vita fruamur. Ergo ille unius hominis delicto satisfaciens morte sua, etiam pro omnium hominum delictis satisfacere potuit.

XXXI. Excipit quidem Socinus dicens; *Christum i- deo morte non potuisse expiare peccata nostra, quia illa peccata mortem eternam promerita: Christus autem mortem eternam passus non est, alias adhuc esset in morte, E. non datur satisfactio. R. Etsi mors Christi non fuit æterna quoad durationem, fuit tamen æterna, quoad valorem, quia pœnas æternæ morti æquivalentes, quin & præponderantes sustinuit.*

XXXII. Ex Christi merito & satisfactione varia veni- unt *ἰσομετρία* (1.) *Christum oportuit esse Θεοῦ ὄρωτο*. Nam quia Mediator esse debuit inter Deum & hominem, æquum erat, ut cum partibus dissidentibus aliquid commune habe- ret. Et quia opus mediationis non nisi per placationem iræ infinitæ, satisfactionem justitiæ divinæ & restitutionem vitæ æternæ fieri potuit, ubique requirebatur ejusmodi persona, quæ tantam sufferre posset sub cuius onere nulla creatura vel ad momentum subsistere valeret. Et quia satisfactio pro peccatis effusione sanguinis fieri debuit, sine qua *nulla est remissio*, Heb. 9, 22. E. Christum etiam hominem esse o- portuit, qui sanguinem fundere & mortem oppetere posset: quemadmodum id præfiguratum fuit in eo, qui possessio- nem alterius consanguinei redimebat, in vindice sanguinis occisi propinqui: in eo, qui fratri defuncto exuscitare debe- bat semen.

XXXIII. Bellarm. Becan. &c. negant quidem, quod *Christus secundum utramque naturam sit Mediator noster*. Sed impudens mendacium, hoc S. August. affirmat nobiscum: *Non Mediator homo præter Deitatem, non mediator Deus præter humanitatem: ecce mediator. Divinitas sine humanitate non est mediatrix, sed inter divinitatem solam & inter humanitatem so- lam mediatrix est humana Deitas & divina humanitas Christi.*

Hoc

Socin part. 2. c. 8 de Ser- vat. Ostorod- us Instit. c. 37. Cath. Rack cap. 8 p. m. 273. vid. Dn. B. Balduinum in Epist. 1. ad Corint. cap. 5. etiam B. Gerhard. Tom. 3. B. Meisn. in ἀνθρωπῶν.

Lev 25, 25. Num. 35, 19 Deut. 25, 5.

l. 4. de Chri- sto c. 1. Beca- nus p. 3. Th. Schol. c. 21.



Homilia de Hoc testatur etiam S.S. Ef. 35. Deus ipse veniet & salvabit vos. Ovis c. 12 Gen. 3. conteret caput serpentis, Act. 20. Deus proprio suo sanguine redemit Ecclesiam. Præsidium in loco. 1. Tim. 2, 4. quærunt, ren: 9. l. 3. ubi dicitur Jesus Christus Homo, Mediator. Sed frustra. Dicitur Cyrillus lib. 21. Chrysof. enim in Epistolâ non excludit divinam naturam sed siste gradum modice, siste & aures arrige mi homo. Diversa Phrasologia. Longè, longè aliud: Homo Christus Jesus est mediator, Et: Christus Jesus homo est Mediator. Hæc enim (posterior) restringit subjectum, & secundum quam naturam predicatum de subjecto efferatur, ostendit. Hic autem res habet aliter se. Nam alia propositio subest, quæ ab ἐπενοδιδανίω Hier. Kro-mayer. P.P. effertur, ponitque subjectum ab humana natura, sed cum Lips. Super connotatione ad ἰσορροπία denominatum.

B. Gerh A-phorism. XXXIV. Paulus utitur ea appellatione Hominis, ratione infirmitatis nostræ, ut ita præcidat occasiones anxie dubitandi, ubinam quærendus sit ille Mediator, aut qua via nobis ad ipsum veniendum sit.

XXXV. Qui fingunt itaq; Christum sec. hum. naturam prorsus non considerant causas propter quas congruebat Mediatorem esse Deum & hominem.

XXXVI. Sed non vocabitur ejus Jesus? Matt. 1. qui populum suum salvum faciet à peccatis ejus. Jesus derivatur à radice ישי in Hiphil יהשיע liberavit, salvabit, unde יהושוע & per contractionem, literis ה & ו per Crasin elisis ישועה salus, liberatio & ישועה Salvator, liberator. Hinc græcum Ἰησους & latinum Jesus in S. lenioris pronunciationis causa, quem admodum ex Chald. משיחא fit Messias & Zere in H quod olim sonabat ut e. mutato: rat: vero hujus appel. directè & immediatè desumitur ab Adjuncto Christi officio Matth. 1. Act. 4. Est noster Salvator (1.) ratione Meriti & acquisitionis (quia eternam salutem adduxit Dan 9.) (2.) rat. efficacie & applicationis active, quia illa Dona per Spir. S. nobis applicat unde non solum dicitur ישועה salvator sed etiam יהושוע ipsa σωτηρία & σωτήριον.

XXXVII. (2.) Christi sanguinis effusionem summè esse necessariam quia aliter Patrem cœlestem nisi morte & obedientia passiva placare potuit. Execrabilis igitur est illorum

illorum error qui Christi satisfactionem non fuisse simpliciter necessariam asserunt. Siquidem (1) Dei sanctitati contrariatur: Hæc enim si peccatores absq; ulla recepisset, satisfactione, amplius dici non quivisset, peccata abominari. (2.) Dei justitiæ vendicatrici, quæ sanguinem postulat, sine quo peccatorū remissio fieri non poterat. 3. Dei misericordiæ: quæ certè suspecta fuisset reddita, satisfactionem severam & cruentam ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, hoc est Theophil. interprete, ut liberet nos (ἵνα ἀπολλάξῃ ἡμᾶς τῶν ἀμαρτιῶν ὧν ὁ νόμος ἀπαλλάξαι ἐκ ἴχθους) à peccatis a quibus lex liberare non valuit, in proprio filio, flagitans, cum tamen id ipsum simpliciter nō fuerit necessariū Omnipotentia illis nihil valet, sed solum de modo reparandæ salutis nostræ a missæ verbū Dei est consulendum. Hoc autem testatur voluntatem Dei esse & fuisse in Christo Ἰστανδρώπω, viam restaurare Eph. 1. 2. Cor. 5.

XXXVIII. 4. Πορίσμα. Cum Christus non λύτρον modo; sed ἀπολύτρωσιν præstitisse dicitur, sequitur eum acquisivisse plenissimam nobis liberationem: Si enim pro solo peccato originali vel pro culpa solâ, satis fecisset, potius ἡμιλύτρωσις quam ἀπολύτρωσις dicenda fuisset. Si quidem ut Bellarminus ait, tum perfecte remissum est, cum non culpa solum, sed & pœna remissa est.

XXXIX. Igitur Bonaventuræ & Thomæ negantib⁹ Christū, non pro actuali, sed pro Originali tantum peccato satisfacisse, opponimus Apostolum ita asserentē, qui Rom. 3. longa serie actualia peccata enumerat, postea v. 24. subjicit, nos ab illis peccatis justificari δωρεὰν τῆ αὐτῆ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολύτρωσεως τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. Rom. 3. Præterea scriptura nusquam limitationem illam addit, quod pro Originali tantum satisfacere Joh. 1. Es. 53. quod affirmat nobiscum Bellarminus, quando ait: Quando S. S. de peccato loquitur absolutè, tum de omnibus intelligi debet. Sic tertio universalis omnium peccatorum denominatio etiam vult, 1. Joh. 1. Tit. 2. Es. 53.

XL. Errat Bellarm. cū complicibus docens Christū præ omni quidē culpa, nō tantum pro pœna omni satisfacisse; sed pro temporali ipsis hominibus esse satisfaciendū Sed graviter peccat 1. Logicè sublato relato tollit & correlatū, ex natura E. perpetuæ relationis, sublata culpâ, tolli etiam debet pœna. 2. Theologicè SS. enim expresse affirmanti, contradicunt. Hæc nō solū ab externis pœnis Christū liberasse docet Os. 13. Rom. 8. Sed etiā temporalib⁹, Gal. 3. Hinc

lib. 5. A.
6. 2.

3. Sent. d.
20. q. 3.
Th. op. 58. de
Sac. alt. c. 1

lib. 3. de pœ-
na. c. 4.

Bellarmin. l. 4
de Pœna c.
1. & 2.



Hinc gratuita dicitur peccatorum remissio, quia nulla ex parte satisfacit homo pro peccatis suis, Rom. 3. Imò SS. describit ita cum Deo reconciliationem quod Deus peccata nostra non recorderetur amplius Jer 31. sed deleat instar nubis, Es. 44. non imputet sed tegat Psal. 32. At si adhuc puniret & pro illis hominibus esset faciendum, utique imputaret & recorderetur? Bellarminus his convictus, deniq; & ipse palmam nobis porrigit. Calamitates piorum nihil ad Rhombum. Immittantur eæ non ratione satisfactionis pœnæ sed ratione admonitionis peccati inhabitantis, & cohibitionis, 2. Cor. 12. 1. Cor 11. Si essent satisfactio pro pœnis temporalibus non immitterentur infantibus; quia illis per baptismum, Bellar. docente d. l. universum pœnæ debitum remittitur.

lib. 2. de Indulg. c. 10.
Conc. Trid. sess. 25. Decr. de purgat.

Compend. Zach. Herman. lib. 1. de purgatorio.

XLII. Ex his dictis facile apparet quid de Purgatorio sentiendum sit, nempe nihil. Etenim est *Ethnicorum inventum, Pontificiorum commentum, indulgentiarum fundamentum, conscientiarum tormentum, marsupiorum purgamentum, Clericorum papalium incrementum, & laicorum simpliciorum terriculamentum.* Annuente etiam partim Bellarmino. Nullibi etiam fit mentio purgatorii in Scripturis. (2) contra plenissimam Christi satisfactionem est 1. Joh. 1. Hebr. 1. (3) contra solutionem totius pœnæ. (4) est contra articulum fidei: Credimus remissionem peccatorum (5) contra potestatem clavium.

XLIII. Quid de Sacrificio Missatico Pontificiorum sit statuendum, pari modo *πρόσμεμα* nostrum docet. Nos, quia non est *πρώτως* per S. S. demonstratum, non *κανονικῶς* per modum regula approbatum, non *διακονικῶς* multis retro seculis ab Orthodoxis Doctoribus usurpatum) breviter esse *ἡθελοθρησκείαν* à Christo damnatum & rejectum Matth. 15. Manet igitur *ἄγραφον*, in S. S. nullibi fundatum. Omne autem sacrificium legitimum nititur expressis Script. verbis, ex quibus manifestum possit esse, ejusmodi sacrificium esse à Deo institutum. Manet *ἀντίγραφον* Scripturarum assertioni contrarium Heb. 10, 12. Unde & vocatur *ἀπολύτρωσις redemptio perfectissima* Rom. 3. quia plenissimè pro omni culpâ & pœnâ satisfecit. Bellarmino & Becano testibus.

lib. 2. de Indulg. cap. 10.
Bec. in Man. lib. 1. c. 10. n.

Hanc

XLIII. Hanc igitur *ὑπολύτρωσιν* Christi impugnant, negantes *amplitudinem & universalitatem* ut Beza cum consortibus, qui in Colloq. Mompelg. p. 514. dixerunt: *intollerabilis nobis visa est vox vestra, Christum pro damnatis esse mortuum.* Sed cur Beza? Testaturne SS. indefinitely Christum pro omnibus mortem subiisse? Es. 53. Rom. 3. vocatne Eum sacra pagina totius mundi Redemptorem? Joh. 1. 1. Joh. 2. fidelium & infidelium salvatorem? 1. Tim. 4. Adeoque eorum qui suam culpam pereunt, qui peccant finaliter. 2. Pet. 2. Heb. 6.

DE CAUSA INSTRUMENTALI.

Causa Instrumentalis nobis dicitur *πίστις ὄργανον* est ac quasi manus, qua Christi iustitiam ac sanctissimum, sufficientissimumque illius meritum apprehendimus, recipimus, nobisque applicamus. Est *fundamentum sine quo ceterarum virtutum aedificium constare nequit.* Quid multa? *fides initium est humane salutis sine qua nemo ad filiorum Dei consortium potest venire.* Id etiam SS. Heb. 11, 16. Rom. 5. Rom. 14, 15. indicat. Alias SS. duplicem assignat causam organicam, unam *δοτικὴν* Rom. 1, 16. per *Verbum & Sacramenta* Tit. 3. Alteram vero *λυπτικὴν* & apprehendentem, *fidem* scil. qua beneficia a Christo nobis parta, apprehendit.

B. Chrysof:
hom. 9. in
Ep. ad Heb.
B. Aug. sermon. 38. d.
Temp.

XLV. Fides a nunnulis dicitur quasi Fies a *fiendo* eò quod fiat quod promissum vel dictum est. Alii a *fidendo* volunt, quae Articulo justificationis Etymologia convenientior videtur. Graecis dicitur *πίστις* quae *πίστις* a *πισ*. Præteriti Passivi *πέπεισμαι*. *Persuasus sum*. Certus sum. Verbum enim *πείθω* idem est ac *suadeo*, *allicio*. Proprie est verbum *forense & Advocatorum*, qui dicuntur *πείθειν νηπιὰς*, Act. 26, 28. Deinde idem ac *doceo*, seu *suadendo doceo*, *docendoque suadeo*. Apostolus sic dicitur *πείθων τὰ πρὸς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ*. Act. 19. Hinc sicut *πείθειν* notat actum docentis ac suadentis. Si *πίστις* effectum dicit, qui suadendo docendoque in animo hominis producitur. Hebraeis dicitur *אֱמוּנָה* Veritas, Firmitas a *rad.* *אָמַן* quae vox in Hyphil *אָמַן* notat firmum, stabilem ac constantem esse. in Hiph. *אָמַן* certo credidit, *fusus est*.

XLVI. Vocabulum fidei cum vero sit ex numero, illorum, quae *πολλαχῶς λέγονται*, varia illius significatio brevibus

C

bus



Meisn. B. bus videnda est. Usus autem illius tum apud profanos, tum
Ph. Sobr. p. apud Sacros Autores diversus est. Nos relicto usu profano
2. p. 252. sacrum hic spectamus. Commodè autem secundum D. Gerh.
L. C. Tom. 3. & B. Meisnerum, pleræque significationes possunt ad tres
p. 756. classes referri. Sumitur enim vocabulum fidei in S. S. (1.) *Ob-*
Anthr. S. *jectivè.* Sic tota doctrina in Genere Fides nominatur. Gal.
disp. 24. Q. 6. v. 10. articuli fidei Rom. 12, 6. Sic Evangelium dicitur lex
VI. fidei Rom. 3. Prædicatio Fidei Gal. 3. Sic ipse Christus seu
 prædicatio adventus ipsius in N. T. *Fides* dicitur Gal. 3, 23.
 (2.) *Activè* pro veritate ac constantia in dictis servandis. Sic
 notat vel ipsam Dei, quam in promissionibus suis servat fi-
 delitatem, Rom. 3, 3. Unde etiam dicitur Deus fidei Deut.
 32, 4. & πιστός fidelis 1. Cor. 10. Vel hominum constantiam
 & fidelitatem; tum in promissionibus Jer. 7, 28. tum in religi-
 onis veræ negotio, Rom. 1, 8. (3.) *Passivè* quatenus relati-
 onem habet ad verba dicentis notatque assensum quem a-
 licui damus. Et ita sumitur pro *fide miraculosa* quæ alia est
 Thaumaturgo Matth. 17, 20. 1. Cor. 13. alia in eo qui miraculo
 servari debet, Act. 14, 9. (2.) *nuda fidei professione* Joel. 2, 14.
 (3.) *Fide Historica* dictanda non quod tantum circa historios
 versetur, sed quod in genere statuar, vera esse quæ in verbo
 divino revelata, Exod. 14, 31. Jac. 2, 19. Joh. 5. (4.) *Confiden-*
 tia ac fiducia, quæ alicujus verbis assentior, ut certissimè
 persuasus habeam, me illud accepturum quod verba pro-
 missionis præ se ferunt, Matt. 8, 10. c. 15. Act. 3. Heb. 10, 22. Et
 hæc significatio etiam hujus loci propria.

XLVII. Homonymiam sequitur Synonymia. Varia
 vocis quidem sunt συνώνυμα, quorum insigniora brevibus
 perlustranda. Vocatur alias in S. S. πληροφασία certa animi
 assensio plenaque quasi certi oratio. Rom. 4, 11. Col. 2, 2.
 Heb. 10 πληροφασίαν enim idem est, ac certissimè sum, cer-
 tissimè novi, Rom. 14. Et latet in verbo Metaphora à navi de-
 sumpta, quæ plenis velis, rectissime in præfixum locum fer-
 tur cursu nec impedire potest. πιστότης, confidentia, sc. ple-
 na fiducia, à pr. M. πέποιθα confisus sum. Eph. 3, 12. Phil.
 3, 1. & c. dicitur. ὑπόστασις παρά ὑφιστάται, à subsistendo & no-
 tat hoc loco *inmotam animi fiduciam*. Hanc enim significa-
 tionem

tionem præter communem subsistentiæ, ipsi competere ex aliis scripturæ locis patet, 2. Cor. 9. Heb. 3, 14. Imò etiam Autoribus profanis illa in usu est. ἔλεγχος *firma probatio ac demonstratio ad assensum aliquem quali convincens.* πᾶν ἔλεγχον enim nihil aliud est quam *argumentis fortissimis aliquem convincere.* πειρήσια, Heb. 3. Joh. 2. Eph. 3, 12. πανρησία, *Libertas dicendi omnia absque metu.* Homo enim fidelis divinæ misericordiæ propter Christum firmiter innitens accedit sine trepidatione ad Deum & in sinum illius effundit quicquid ipsum angit de exauditione plane certus; 1. Joh. 5. Eph. 3.

XLVIII. Hæc de ονοματολογία, πραγματολογία quid spectat, Fides nihil aliud est quam promissionum Evang. de gratia Dei Christique merito ac beneficiis ex verbo Evangelii cognitarum plenoque assensu approbatarum fiducialis apprehensio, à S.S. excitata, certa salutaris ac viva fructuūq; fecunda. Vox apprehensionis licet Grammaticè activa sit, significatione tamen hic est passiva. Fides enim oblata in Evangelio bona recipit & sibi benefieri quasi patitur.

XLIX. In Θίσει 44. dixi quod causa instrumentalis, duplex sit nempe causa δοτική & ληπτική. Apostolus quidem solius fidei meminit Rom. 3. non tamen propterea, quasi nolit ad causam organicam referre etiam Verbum & sacramenta. (1.) quia positâ fide necessaria præsupponitur Media nempe Verbum & Sacramenta, ut fidei causa, fides enim est ex verbi auditu, Rom. 10. & non sunt raptus enthusiastici aut internæ revelationes, ut Swencf. Weig. & Euthusiastæ volunt. Quibus assensū non obscure præbet ipse Calvinus, statuens Deū in electis suis operari bifariâ intus per Spiritū extra per Verbum. (2.) Quia ubi ponitur causa ληπτική, semper præsupponitur, δοτική & hanc implicite intelligere vult Apost. (3.) quia fides ad justificationē est sumē necessaria Heb. 11. Mar. 16. Non verò Verbum & Sacramēta, multi enim gratia Dei salvatur & fide sunt præditi in casu necessitatis etiamsi destituantur prædicatione Verbi & usu Sacramentorū, & fidelium infātes ἀβάρητοι morientib⁹.

L. Modum justificandi quod concernit, de illo sententiarū magnū divortium est. Aliter enim de illo sentiunt Pontificii, aliter Photiniani, aliter nos Orthodoxi. Pontificii cum fidem considerent dupliciter ante justificationem & in ipso illi

Vid. B. Meisn. Ph. Sobr. p. 2. p. 351.
plura vide apud B. Chemn. L. c. p. 2. p. m. 668. D. D. Cundis nov. ad Compen. Hütt. p. 764. B. Gerh. l. 3. L. c. p. 990.

l. 2. Instit. c. 5. §. 5. Sic Ursinus in Comp. p. 2. p. 65. vid. Excell. D. Hülsem. de aux. Grat. disp. 3. Th. 5. & Thum. Imp. VVeig p. 31. 32.

Bell l. 1. de
Just. c. 19. &
Bec. Man.
l. 1. c. 16. §. 2.
Vid. Chemn
Ex. Concil.
Trid. B. Ger
hard. T. III
p. 971. Dn.
Dn. Höpfn.
de Just. disp.
II. p. 1060.

actu: Ipsam quoque fidem duplici modo justificare asserunt, *dispositivè*, scil. & *formaliter*. Docent alias in Justificatione requiri quasdam dispositiones, quibus homo præparetur ad suscipiendam justitiæ in hærentis formam, imò qua eam promereatur. numerum autem harum dispositionum septenarius est. Requiritur enim ab illis *Fides, Timor, Spes, Dilectio, Pœnitentia, Propositum suscipiendi Sacramenta, propositum novæ vitæ seu observationis omnium mandatorum Dei*. Discrepant tamen ab ipsis *Cost.* qui in *Enchir.* 3. tantum numerat. *Stapl.* qui 6. requirit. Cum igitur fides inter has dispositiones primas teneat, ipsam *dispositivè* justificare ajunt, id est, Fides est primus actus prærequisitus quo homo meretur ut ipsi de Congruo infundatur justitiæ habitus. Hinc etiam $\pi\iota\sigma\iota\varsigma$ à *Bec.* & *Bell.* initium, radix prima ac fundamentum justificationis ac salutis dicitur.

LI. *Photinianos* quod attinet, statuunt illi fidem justificare non apprehendendo meritum Christi, sed per modum cause efficientis, & quatenus opus est. Hinc enim *Smalc. cit. Dn. D. Frantz. Disp. 4.* Fides non est accuratè loquendo causa instrumentalis, sed causa quædam principalis sed *sine qua non*, Justificationis nostræ.

LII. Ad Romanenses primum pedem vertimus refutando & negando causam *dispositivam* & *meritoriam*. Verum enim verò licet fides illa (per quam illi nudum tantum generalemque assensum intelligunt) in justificando Christiano præcedat, minime tamen vim justificandi habet. *Causa efficiens* justificationis nostræ est *Dei gratia*. *Eph. 2.* Si jam ex gratia, non meritoriè fides justificat, esset enim ita gratia non gratia, *Rom. II, 5.* *Causa meritoria* illius est sola Christi obedientia *passiva* & *activa*; adeoq; simul fidei ea attribui nequit. Quid si hoc Pontificiorum dogma verum est, ipsi impii promerentur justificationem. Generali enim assensu non destituuntur. Nec commodè $\pi\iota\sigma\iota\varsigma$ à *Bell.* & *Bec.* initium justificationis dicitur, ita sc. ut sec. illos per opera perfectior reddatur. Est quidem fides initium ac radix bonorum operum sed non justificationis, cujus tantum instrumentum est *Renovatio*.

novatio de die in diem crescere potest, non justificatio. Est enim actus judicialis, quæ semper plena & perfecta est.

LIII. Neque formaliter quatenus scil. qualitas est & habitus. Papicolę docent hominem inhaerenter esse justũ per habitũ quendã omnes virtutes complectentẽ, quem inhaerentẽ dicunt justitiã. Cũ igitur fides fit pars hujus Justitiæ secundum ipsos; hinc fidem Justificare formaliter asserunt. Verum sicut inhaerentem illam justitiam sensu eorum non admittimus, sic nec fidem tanquam partem illius formaliter concedimus justificare. Justificatio est actus non Physicus, sed Judicialis, forensis, quo à peccatis absolvimur & pro justis reputamur. Quomodo igitur fides tanquam habitus inherens nos justificabit? Fides quatenus qualitas & habitus est, ad legem pertinet, adeoque ab actu justificationis cum reliquis operibus excluditur. Nam justitia Dei revelatur ex fide in fidem, Rom. 1. absq; lege. Justitia qua coram Deo justificamur, non nostra, sed Christi est, quæ per fidem nobis imputatur, Rom. 4. Gal. 3. ac proinde perfectissima est. Fides autem quatenus qualitas est, nobis inheret imperfecta est, contaminata est. Falsa igitur Romanensium est sententia quam de modo, quo fides justificat, fovent, quibus relictis ad Photinianos nos vertimus.

LIV. Verum & si faciles demus, obedientiam per quam Photiniani fidem definiunt; in justificato requiri, quod tamen justificando tanquam causa justificationis efficiens sine qua non, necessaria sit nullo modo largimur. Nullibi enim SS. dicit, quod fides per modum operis justificet, sed potius id ipsum omnibus modis negat. Hinc justificationem operibus demit, solique fidei tanquam instrumento tribuit, non quidem propter apprehensionis illius actionem sed propter illud quod apprehendit. Utjam taceam, quàm inepte Fides Photiniana justificationis nostræ causa efficiens sine qua non dicatur. Causa illa sine qua non, non est vera causa, cum non influat in effectum, ut ex Metaphys. notum est. Si ergo bona opera scil. obedientia quæ ipsis forma fidei salutis, justificationisque nostræ causa sunt sine qua non; minimè causa illius efficiens esse possunt.

LV. No. Orthodoxi credimus pie, docemusque unanimi-

Vid. B. D. Meisner. Disq. Theol. d. prim. sine & effectu, th. 48.



nimit̄ op̄yavivōs fidem justificare, i. non ratione sui, sed ratione Objecti illig quod apprehendit, sibi que appropriat, cum aliās objectum illud extra hominem sit. Quemadmodum manus mendici eleemosynam accipit, non quatenus membrum hominis est, aut digitis constat, sed quatenus medium est, accipiens illam Eleemosynam: Ita fides accipit peccatorum remissionem & justitiam, non quatenus qualitas est, aut virtutibus constat; sed quatenus ὄργανον est, quo hæc omnia apprehendim⁹ nobisq; applicamus. Hinc rectè B. D. Chemn.

L. C. p. 2. p. m. 684.
Confer. F. c. p. 684.

Justificamur fide non propterea virtus quod sit tam firma & robusta, sed propter Objectum quod fides apprehendit, Christum sc. & Mediatorem in promissione gratia. Et hanc nostram sententiam ipsa scriptura probat, describenda fidem per v̄ recipere Joh. 1, 12. Act. 10. v. 43. c. 20. 18. & affirmando quod per fidem διὰ πίστεως, non διὰ πίστεως justificemur Rom. 3. v. 22. Eph. 2, 8. Vox autem διὰ non causam efficientem & formalem præcisè notat, sed omnibus causarum apponitur generibus ut vide-

Fidens justificans est in predicamēto relationis, non vero qualitas aut actionis B. D. Bald. Comment. cap. 3. ad Rom. 4. p. 74.

re ex SS. Nam aliquando causa efficiens Rom. 6, 4. Gal. 1, 1. 1. Tim. 1, 14. aliquando causa instrumentali Tit. 3. c. aliquando formali Rom. 3. aliquando notat effectum Eph. 6. aliquando verum medium per quod rei alicujus reddimur particeps Act. 14, 22. Non. E. V. C. vocula per διὰ in h. l. notat causam meritoriam E. etiam adponitur fidei. Neq; oppositio, qua κρυσσοῦμεν querens Bellarm. in particulis Per & ex h. n. colligens: quemadmodum particulæ, per & ex, quando dicimur justificari, non ex operibus negant causam meritoriam. Sic Adjuncta gratiæ Dei eandem ponet: siquidem gratia Dei non est justificationis causa meritoria, sed efficiens impulsiva.

HÆC DE MODO JUSTIFICANDI QUOAD FIDEM, JAM CONSIDERAMUS EJUS CAUSAM EFFICIENTEM, OBJECTUM, SUBJECTUM, FORMAM ET EFFECTUM.

D. Aug. lib. de Grat. C. P. c. 15. Bell. l. 6. d. 6. 31. A. C. 11.

LVI. Causa efficiens fidei non nostra voluntas libere agens, ut olim Pelagius deliravit, quam hæresin ex orco quasi vocant

100

vocant hodierni Jesuitæ, docentes nos, post, in, ante Justif. actum Deo cooperari, quod falsissimum. Homo enim ante Conversionem est merè σαρκικός Joh. 3. Rom. 8. *ἐν τῷ σαρκε* Eph. 2. *ἐκ τῆς τῆς διαβολῆς* Col. 1. *in Satana laqueis captivus & quidem ἐν τῷ ἐκείνῳ δέλιμα* ad ipsius voluntatem 2. Tim. 2. Confertur cum lapide & Adamante Ez. 11. 29. Zach. 7. 12. Tenebris Es. 9. Joel. 1. quemadmodum igitur lapis ex se nihil ad sui facit mollitionem, tenebræ nihil ad sui illuminationem: ita etiam mens hominis cæca sibi ipsi lumen inferre non potest. Cor hominis lapideum se ipsum emollire nequit. Quare neque ἐνεργητικῶς, neque συνεργητικῶς se convertit, sed se merè habet παθητικῶς subjectum, non quidem ἄλογον & ἀφύχον sed ut αἰργον. In his enim differt adhuc à lapide (1.) ut cor lapideum habeat adhuc *ικανότητα* passivam aptitudinem, quæ spiritualis gratiæ capax sit (2.) ut penes ipsum sit *χρησις* mediorum usurpatio ad conversionem necessariorum Joh. 6. 41. (3.) respectu ἀντικαθίστασις, & resistentiæ ut possit verbo Dei resistere, & gratiam oblatam rejicere, quæ omnia in lapide non inveniuntur, Et hæc non Dissidente Bellarmino veritate adacto. Manet igitur solus Deus causa efficiens. Sic enim Christus: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Joh. 6. sic Paulus Phil. 1, 29. *Vobis à Deo donatum est, ut credatis in Christum.* Hinc etiam *πίστις* vocatur *θεὸς τὸ δῶρον* Eph. 2. *Operationis Dei* Col. 2, 12. Cum autem fides hæc ad opera illa pertineat quæ ad extra dicuntur; donatio quoque illius omnibus tribus personis SS. Trinitatis communis est. Patri ille enim est omnis boni & sic quoque fidei dator est, Jac. 1, 17. Unde Apostolus fratribus suis à Patre precatur *Caritatem cum fide* Eph. 6. Filio. Ille enim est *τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τελευτήτης* Heb. 12. succum & humorem fidei in palmites suos derivans Ioh. 15, 5. S.S. verò per singularem ut loquuntur appropriationem Gal. 5, 22. 1. Cor. 12, 9. ille enim *corda fidelium illuminat* Deut. 29. *Ille docet nos omnia* Ioh. 14. & *ducit in omnem veritatem* Ioh. 16, 13.

LVII. *Causa instrumentalis* per quã Triunus Deus ordinariẽ fidem salvificam in nobis gignit est Verbum Dei, tum *ἀκυστικόν* tum.

102.
rum *ἰσχυρῶς*, sic non *ἀπείρως* ut volunt *Souvenef. VVeig. & Enthufiasta*, sed *ἰμπίρως* ut loquitur *B. Meisn.* (proprie enim ac directe fides est ex Evangelio, ex lege verò non nisi indirectè ac per accidens quatenus scilicet *Pedagogus est ad Christum Gal. 3. & Usus Sacramentorum.* Sic enim Augustana nostra Confessio Art. 5. docet: *Ut hanc fidem consequamur institutum est ministerium docendi Evangelium & porrigendi Sacramenta. Nam per Verbum & Sacramenta tanquam per instrumenta donatur Spir. S. qui fidem efficit &c. confer. F. C. p. 672. per hoc medium &c. Verbum enim divinum non tantum habet vim significandi mentemque ac voluntatem divinam representandi, ut*

Vid. D. Pontificii, Calv. & Photin. docent. Habet equidem Verbum *Menz. Exeg Dei* virtutem ac efficaciam ex ordinatione ac mandato divino *A. C. art. V.* no etiam ad internos cordis recessus penetrandi & assensum *Hülsem. d.* fiduciamque generandi (in quo ab humanis differt dictis) *Aux. Gr.* Hinc non tantum dicitur *virtus Dei* 1. Cor. 1. Rom. 1. potentia *d. 3. q. 1. Dn. ad salutem;* sed etiam quod præbeat *fidem,* Joh. 17. Rom. 10, 17. *D. Calov.* unde vocatur *verbum fidei* Rom. 10, 8. 1. Tim. 4, 6. *Ministerium Inst. Theol. Spiritus* 2. Cor. 3. 6. 8. non tantum quia S. S. una cum Patre & *Propl. p. 123.* Filio illud instituit, verum etiam quia illi semper adest & efficacissimè per illud operatur.

Vid. D. Hülsem. Exc. LVIII. Verbo Divino Sacramenta annexa sunt, quæ non nuda signa sed efficaci sunt media, eoque fine in genere *c. 1. th. 8.* re etiam instituta, per quæ ipsi Christo inseramur & uniamur *Thum. Imp.* & sic beneficia Christi nobis distribuuntur & applicantur *VVeig. p. 22.* Joh. 3. Tit. 3. Matt. 26. Hinc de Baptismo dicitur, Gal. 3. *21. Dn. Menz.* *ἡμεῖς ἐν ἔνεσθαι αὐτοῦ.* Debent esse quoque testimonia fidei quam *ex A. C. art.* illorum usu profitemur. Debent nos de mortificatione *s. p. 228.* carnis nostræ & novitate vitæ monere. Rom. 6. 1. Cor. 10. exuscitare ad gratitudinem erga DEUM & ipsius beneficia, item spem resurrectionis carnis nostræ erigere. Meritò itaque

Calv. l. 4. c. 16. dist. 19. abominabile & execrabile est effatum *Calvini,* qui dixit. *Nos putamur fidem ex verbis & Sacramentis hauriri non posse. Huldricus Zwingil.* de seipso scribit *in somnio se didicisse veram interpretationem verborum* *cœna à viro,* de quo non meminisset *ater an albus fuerit.* Et Sacramenta, rectè dicit *B. Meisn.* non

100
non solum sunt *obsignantia* & *confirmantia* sed etiam *signantia*,
sicut in infantibus videre licet. Illi enim salvificæ fidei capa-
ces sunt, ut jamjam probabitur. Unde autem illam accepe-
runt? Non ex materno utero illam traxerunt & attulerunt?
omnes enim nascimur *filiis iræ* Eph. 2, 3. non ex verbi auditu.
Ad illum enim *ob rationis defectum* non sunt idonei. Non per
immediatam illuminationem. Illa enim medio præsentem, fru-
stra fingitur necessum ergo est, ut per baptismum illam ac-
ceperint, qui hinc quoque vocatur *lavacrum regenerationis*
ac renovationis Tit. 3, 5. 1. Pet. 3, 21.

LVX. Sicut autem fides per Verbum & Sacramenta
excitatur, sic quoque per hæc media stabilitur & confirmatur.
valet enim hic Theol. regula: *Per quod medium fides excitatur;*
per id ipsum confirmatur. Minimè ergò tolerari potest effatum
Coclenii quo p. 1. *Miscel. in præfixis commenef. asserit fidem à rati-*
one & Philosophia stabiliri. Num Philosophia ac ratio quæ na-
turalis est, fidem confirmabit quæ super naturalis? tantum
æbest, ut ratio ac Philosophia fidem nostram certam ut potius
omnino dubiam reddat. *Res enim fidei stultitia ipsis sunt* 1. Cor.
2, 14. *vid. B. Meisn. c. 1.*

LX. Ut autem apud nos efficax sit requiritur usus Ver-
bi & Sacramentorum. Quamvis enim *respectu sui in se per se*
etiam extra usum semper habeat efficaciam *actu primo*, *actu*
tamen secundo respectu nostri, eam non exerit, nisi à nobis au-
diatur & in legitimo usu adhibeatur. Ideoque est medium
πῶς ἡμᾶς quo à Deo convertimur. Sicut enim fides in ne-
gotio Iustificationis non meriti seu medii rationem obtinet,
non enim *διὰ τὴν πίστιν* propter fidem ut ajunt Pontifici; sed
διὰ τῆς πίστεως, ut loquitur SS. tanquam per medium. Sic eti-
am non *διὰ τὴν ἀκροάσιν*; sed *διὰ τῆς ἀκροάσεως* verbi divi-
ni, fides nobis contertur, & auditus non meritum sed medi-
um est fidei.

LXI. Quod verò multi homines effectu fidei destituun-
tur, eorum culpæ & pertinaciæ est adscribenda, non vero
Dei decreto absoluto ut fecit Calv. & ante omnia distinguen-
dum est in *θέλησιν Θεῶν, προηγμένον & ἐπομένον*, Voluntate

D

ante

D. Danh.
Hod. S. p.
730.

Cit. B.
Meisn. Phil
Sobr. p. 1. p.
22.

204.
antecedente vult omnes homines Deus salvari cum verò nō sal-
vantur penes apud Auditores est, qui se indignos cum Judæis ju-
dicant vita æterna Act. 13. Et tum Deus ridet in interitu impi-
orum Prov. 1. Rom. 9. Sic etiam defectus non penes Verbum.

MATERIA FIDEI.

LXII. *Materia fidei salvifica duplex est, Objectiva & subje-*
ctiva. Illa iterum duplex est Generalis & specialis. Cum enim fi-
des in tribus consistat *Ἐπιγνώσει συγκαταθήσει, & ἀληθοδοσίᾳ;*
diversum quoque pro diverso fidei respectu agnoscit objectum.
Respectu *notitia* & assensus pro Objecto habet Verbum Dei uni-
versum scriptis Apostolorum Prophetarumque comprehensum
vid. Apost. Act. 24, 14. Hoc enim verbum quod est πᾶσα καὶ μόνη θε-
φῆ θεῶν πνεύματος penitus exclusis Traditionibus *ἀρχαῖοις* Rom. 10.
2. Pet. 1, 16. & *ψευδωνύμω γνώσει* authorem agnoscit ipsum Deum
cujus veritatem, cujus fidelitatem passim commendat *agregiè,*
1. Cor. 1, 9. 2. Cor. 1, 18. Heb. 6, 18. Hoc est perfectissimum, omnia
continens quæ ad salutem creditu sunt necessaria. Est *perfecta*
lex Ps. 19, 8. adeò ut nihil ei detrabere, nihil addere liceat, Deut. 4.
Apoc. 22, 18. Tuto ergo fides huic verbo tanquam fundamento
firmissimo inniti, tanquam regulæ certissimæ credere potest, nec
opus habet ut traditiones humanas pari reverentia cum illo su-
scipiat ut C. Trid. traditionumque moderni Patroni postulant.

LXIII. Respectu *fiducia* vero vel *generale* est, quod tota SS.
Trinitas, ejusque tam corporales quam spirituales promissiones
Contra Pa- Eb. 11. *Maledictus est, qui confidit in homine.* *Speciale* vero & *οἰκτιροῦ*
pic. & Pho- *fidei objectum* est, gratia ac Misericordia Dei singulis credentibus
tinianos. in verbo promissa Christi; obedientia tum activa tum passiva,
Es. 53, 11. Jer. 23, 6. Joh. 3, 15. Joh. 6, 47. Act. 14, 12. 1. Cor. 1, 30. Rom. 3, 24
c. 5, 9, 10. & c. Id quod & contra *Papicolas & Photin.* notandum benè.

LXIV. Pontificii docent *specialem Dei misericordiam in Christi*
merito fundatam non esse objectum fidei justificantis & salvifica, sed
universum verbum Dei, legem etiam aliasq; historias comprehendens.
Sic enim Bellarm. ait: *Catholici fidem tam latè patere volunt quàm*
latè patet verbum Dei. Certam autem promissionem specialis
misericordiæ non tam ad fidem quam ad *presumptionē* pertinere
contendunt. Verum licet libentes demum, *Fidem respectu noti-*
tie

ria & assensus pro objecto agnoscere SS. universam: respectu fiducia tamen & quatenus justificat non aliud, quam quod positum est, agnoscit, refutatur ergo. *ἐν ᾧ πιστεύομεν*. Ipsa enim SS. quoties de fide justificante agit objectum illi obsignat Christum cum universo suo merito, Joh. 1, 12, c. 3, 16. Act. 4, 12. Rom. 10. Gratiam ac misericordiam Dei Rom. 3, 24. Eph. 2, 8. Tit. 3, 8. *παράδειγμα ἁλίων* exemplo Abraha Gal. 3, 5. David. Ps. 101. Dan. c. 9. Publicani, Luc. 18, 19. aliorumque suo comprobant exemplo Objectum hoc respicientium, hoc anxie desiderantium. Et quomodo universum verbum Dei legem simul complectens potest esse objectum fidei justificantis? Fide homo peccator turbitæ pavidæque suæ conscientia tranquillitatem suaveque quærit solatium *lex autem iram operatur* Rom. 4. Hinc veritate victus Pererius ait *Principalis materia*, seu ut vocant *Objectum fidei est Christus*. Plura eorum, quibus erroneam suam opinionem stabilire conantur, discussa, vide apud B. Chemn. Ex C. T. D. Gerh. l. 3. L. C. p. 92.

LXV. Socinianos quod attinet, statuunt illi ad *Objectum fidei justificantis* non pertinere passionem ac mortem Christi. Negat enim Socinus credere quod per effusionem sanguinis Christi peccata nostra expiata sint, esse fidem qua justificamur. Sed excludunt homines isti ab *Objecto fidei*, quod in illo præcipuum est, sed probatur *ἐν ᾧ πιστεύομεν* Es. 53. *iniquitates nostras portavit*. Quæ portatio postmodum per passionem ac mortem v. 4. exponitur. [2] *τυπικὸς ἄ Τυπονεὶ serpentis*, sicut Salvator ipse declarat. Joh. 3. 15. in N. T. sic describitur quod pro peccatis nostris mortuus est. 1. Cor. 15. Gal. 3, 16. Eph. 1, 7. Rom. 4, 25. Hinc Apostolus non modo prædicationis *Objectum* constituit Christum crucifixum 1. Cor. 1, 23. Sed seipsum quoque in exemplum ponit omnibus salvandis, ut ad salutem & justitiam anhelantes cum ipso credant quod Christus dilexerit nos & tradiderit semetipsum pro nobis Gal. 2, 20. quod venerit in mundum ut peccatores salvos faceret 1. Tim. 4, 15. Imò in nullo alio gloriari voluit quam in cruce Christi Gal. 6, 14. nihil aliud scire voluit, quam Christum crucifixum, 1. Cor. 2, 2.

LXVI. Sequitur *Fidei Subjectum* quod duplex. *Partiale* seu *inadequatū* & *Totale* seu *adequatū*. Illud partim voluntas est, pro diverso fidei respectu. *Rationæ notitiæ & assensus, intellectu, ratione*

it. Conf. Cath. P. 3. p. 612. D. Broch. Tom 2. p. 418. Sc.

Tract. d. Justitia. allegat. D. D. Calov in Soc. Propl. Disp. 23. art 6. C. 1.

vid. Dn. D Thum Imp. Phot. item q. Excell. Dn. D. Calov. c. 1



one verò fiducia in voluntate est. De intellectu res clara. Fides ex verbo cognoscit articulos fidei & imprimis illos, qui de gratia Dei universali Christi q; merito agunt. Non autem tantum cognoscit eos sed assensum quoq; illis præbet, statuens vera esse quæcunq; revelavit SS. Cognitio autem & assensu ad intellectum pertinent cuius objectum verum est. Quod autem etiam in voluntate sit ex objecto voluntatis, quod bonum est, in quod semper fertur, patet. Fides enim præcipuè in Christum fertur qui passione ac morte sua iræ divinæ satisfecit, nobisque ab æterna morte redemit, æternam vitam acquisivit.

l. 3. sentent.

LXVII. Neq; propterea quod fides *diversis* gaudet subjectis pro diverso respectu, cum Alberto Piggio Chimera, aut portentum cum Maldonato reliquisq; Pontificiis dicenda est. Non enim inconueniens est fatente ipso Bonaventura: *Unum habitum ponere & in voluntate & intellectu.* Id quod exemplo imaginis divini, liberi arbitrii, amoris & prudentiæ probatur. Sicut jam illæ res non monstra dicenda sunt, eò quod diversis gaudeant subjectis pro diversarum partium seu diversorum actuum respectu, ita nec fides. De similibus enim idem iudicium &c. plura vid. apud Exc. Quenstet. D. D. de justif. fidei.

vid. Syn.
Dordrac. c.
1. a. 15. Calv.
Inst 1. 3. c. 2.
Becc. L. 29.
q. 19. &c.

LXVIII. Totale subjectum fidei non sunt angeli sive boni, sive mali. Nō illi quia iusti & sancti, nec propria justificatione opus habent. Non hi, quia illis spes veniæ justitiæq; consequendæ nulla est, soli ergò homines pro subjecto fidei habendi. An autem soli electi, an vero omnes homines, quæritur. Calviniani negant omnes & quidem ex mero beneplacito absolutoque merito.

vid B. Meis
nerum, repe
rit. Doctr.
d. Regen. &
Vivif. th. 8.
seqq.

LXIX. Errant hi Calviniani, & horrendum est eorum dogma, & S. S. ἀνιδιουρημένως oppositum. Deus vult enim omnium salutem Ez. 33. 1. Tim. 2. 2. Pet. 3. &c. Vult igitur ipsis quoque fidem gratia dare suam quibus tanquam mediis ad salutem pervenire possunt. *Qui enim vult finē vult etiam media ad finē ducentia: Dedit illis filiū.* Rom 5, 18 Joh. 1, 29. Col. 1, 20. &c. Vocat eos seriò per Verbum Es. 55, 1. Matth. 11. &c etiam qui venire nolunt Es. 65. Prov. 1. Zach. 1. Matth. 23. Qui ergò non velit ut omnes ex verbo quo vocantur fidem concipiant & salventur? Minimè proinde toleranda est Propositio ista: *Deo solò regenerat & fidē salvificā donat quibò vult.*

LXX. FORMA FIDEI est fiducia. Licet enim justificans fides noti-

notitiam & assensum præsupponat; tamen non ut notitia, non ut assensus justificat, sed ut fiducia. Pontificii omnes ferè ἀπο τῶμας negant fidem esse fiduciam, sed in nudo simpliciq; assensu illam consistere affirmant. *vid Concil. Trident. Sess. 6. Can. 13.* quam sententiam *Bellarminus* propugnat. Sed probatur SS. fidem non tantum esse assensum, sed quoq; fiduciã, quippe quæ fidẽ per fiduciã describit, *vid. Matt. 9, 2. Θάρσι τέκνον* lit. v. 22. Hinc quoq; in V. T. exponitur per vocabulum *נִשְׁבַּח* *confisus est fiduciam posuit* *Prov. 3, 5.* per *יָשׁוּב* *inici, incumbere* *Es. 10, 20.* in N. T. per *πληροφορίαν, παρρησίαν, πεποίθησιν ὑπόστασιν, ἔλεγχον* redditur. *Abraham* justificatus est fide *Rom. 4.* non quatenus notitiã, sed quatenus fiduciã habuit, *nec* *hesitavit ad promissionem fidei, v. 20.* Sic & *Heb. 11.* de fide *Mosis, Cananæ* *Matth. 15.* & c. affirmandum est. Benè proinde *S. August.* *Omnis spes & totius fiducia certitudo mihi est in pretioso sanguine Christi, qui effusus est propter nos & nostrã salutem. In ipso respiro, & in ipso confisus ad Te venire desidero.*

LXXI. Sic etiam falsum est assertio Pontificiorum de fide per *Charitatem formata.* *Charitas* distinguitur à fide tanquam effectus à suã causã. *Charitas enim est ex fide non simulata* *1. Tim. 1.* & per *charitatem efficax est* *Gal. 5.* Si jam effectus fidei est *Charitas*, non potest esse illius forma. *Charitas* est ex lege, cujus summa est *Matt. 22. Rom. 13.* *Fides* vero ex Evangelio. Cum ergò *Lex* & *Evangelium* sibi opponantur, quã *charitas* quæ ex lege est potest esse forma fidei, quæ ex Evangelio est? Quæ sibi invicem opponuntur eorum unum non potest esse alterius forma. Forma fidei est *fiducialis Christi apprehensio*, quæ *Charitati* competit. *Except: Bell.* *vide refutatam ab Exc. Quenstedt. de fid. salvifica.*

LXXII. Sequitur EFFECTUS fidei qui varius est. Sic effectus fidei est *remissio peccatorum* *Act. 10.* *Adoptio* *Joh. 1.* *Justificatio* *Rom. 4. 5. c.* *Confusionis remotio* *Rom. 9, 22.* *Accessus ad Deum*, & *conscientiæ tranquillitas* *Rom. 5.* *hostium subactio*, *Eph. 6, 16.* *1. Joh. 5.* *Patientia in adversis* *Rom. 5.* *Cœlestis benedictio* *Gal. 3.* & c. Inter hos vero effectus fidei palmam tenet *justificatio*, ad quam omnes reliqui effectus referri queunt, à quo fides quoque denominatur *fides justificans, salvifica.* Hunc enim effectum competere fidei, non implicite sed explicitè quoque. *Scriptura testatur Rom. 3. Gal. 2.*

Lib. 1. d. Ju-
stif. c. 5, 6.

Plura ar-
gum vid. a-
pud B. Chem
L. C. T. II. p.
m. 658.

Broehm. Tô
2. p. q. 401.
415. D. Gerb
T. 3. L. C. p.
766. ad p.
794. & c.

Bell. 1. 1. d.
Instit. c. 16.

3

Et c. 3. Phil. 3, 8. Hic unam questionem considerabimus, quia ad reliquas causas properabimus, An Fides sola iustificet.

Sess. 6. c. 9.

l. 1. d. Just. c.
13, 14, 15, 16.
17. D. 13. a.
8. c. 1. Meisn
p. 144. § 127

LXXIII. Negat hoc præcipue Concilium Tridentinum Si quis dixerit sola fide impium justificari ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad justificationis gradum consequendum cooperetur & anathema sit. id quod etiam Bellarm. prolixè defendit. Idem statuunt Photiniani, Hinc Cit. D. Calov: in Socin. Profl. Schlichting. c. B. Meisn. contendit: Bona opera justificationis & salutis nostræ causam esse, nosque propter justitiam & obedientiam Deo sic gratos esse, ut nos iustificet, peccataque nostra remittat.

l. 1. d. Just. c.
19. l. 1. Man.
c. 16. p. 425.
vid. D. Cal.
Socin. probl
Disp. 23. a. 8
c. 2. De Post.
B. Chemn.
L. C. P. 2. p.
784. & c.

LXXIV. Sed falsum hoc dogma esse, patet ex SS. Illa enim in actu justif. nostræ non operum, sed solius fidei meminit, salutemque non operantibus, sed credentibus assignat Luc. 8. Joh. 3. Rom. 3. Gal. 2. Act. 10. & c. quod sane non fieret si fides ad salutem & justif. sufficiens non esset. Imò expressè opera ab actu justificationis excludit, nosque sine illis justificari dicit Rom. 3, 28. C. 4. Gal. 2. Eph. 2. Tit. 3. Per opera autem illa, non intelliguntur opera tantum perfectissima & ab omni labe immunia, ut Sociniani volunt, neque ea tantum, quæ fidem præcedunt & solis liberi arbitrii viribus fiunt, ut Bellarm. & Bec. placet; sed omnia quocumque etiam nomine veniant sive perfecta, sive imperfecta, sive fidem præcedentia sive sequentia Deinde, quæ opera nos iustificare possunt? Imperfecta sunt. Rom. 7, 18. Psalm. 130. variis nevis contaminata Es. 64. Joh. 1. Hinc qui operibus suis fidit semper fluctuet necesse est, fide vero tranquillitatem conscientie adipiscitur, vid. Rom. 4, 16. Nec opus habemus ad justific. operibus. Christi meritum satis abundeque perfectum est, & sufficiens, cui tantum detrahitur, quantum operibus nostris, tribuitur. Id docent etiam Bb. Pp. Ambros. in 1. Cor. 1. & Basil. serm. de Humil. Plura argumenta ut & horum prolixiorum argumentorumque contrar. dilationem, vide apud D. D. Hopfa. d. Just. Disp. 1. 11. 12. c. 4. Dn. Calov. Soc. profl. c. l. Gerhard. B. T. 3. L. C. p. 922. ad p. 1005. Conf. C. P. 3. p. 622. Brochmond. Tract. p. 527. & c. alios quam plurimos.

LXXV. Et minime omittendum est ut Cassander in Consule.
super

super A. C. suadit. Et quæso cur ab hac voce sola abstinendum? vid. *Excell.*
Ipsa SS. non tantum talibus utitur phrasibus ex quibus *exclusiva* D. Calov.
per bonam consequentiam deducitur sed expresse quoque illâ *Inst. Theol.*
utitur *Mar. 15, 26. Luc. 8, 10.* Adde quod hæc particula Chri- *probl. p. 460*
sti honorem defendat, imbecillitatem nostrarum virium osten-
dat & perterritas conscientias erigat. vid. *B. Chemn. L. C. p. 11.*
p. m. 768.

LXXVI. Præterea minimè *B. Luth.* in illo tale commi-
sit crimen falsi. Functus est fidelis interpretis officio, cujus
est sensum exprimere originalis linguæ sive pluribus sive pauci-
oribus, sive iisdem fiat verbis sive non, ne modo idiotismus
linguæ negligatur. Utrumque præstidit feliciter. Propriam
Apostoli sententiam expressit. Quod enim hîc dicit, nos sine
operibus justificari. Id sic effert *Gal. 2, 16. εὐμνη* nisi per fidem.
Jam verò *exceptiva universalis negans exclusive affirmat rem exce-*
ptam. Cujus Canonis Logici veritatem ipse probat *Christus*
Marc. 13, 32. Matth. 24, 36. Deinde, secutus est *Lutherus*
non modo vestigia *orthodoxæ antiquitatis*, vocabulam hanc *SO-*
LAM in articulo hoc usurpantis; sed aliarum quoque versio-
nem *exclusivam* adhibentium. ubi in fonte non habetur, nihil
dicam de *LXX.* Interpr. *Gen. 3, 11. Deut. 6, 13. Exclusivam*
μὴ ponentibus, quæ in Hebræo tamen non extat. Nihil
de *Syriacâ*, quæ *Rom. 4, 5.* suum *בלהור* adhibet? nihil de aliis
Germanicis versionibus ante *Luth.* editis, in quib⁹ itidem vocula
habetur? Considerare saltem versionem latinam. In multis lo-
cis illa *exclusivam* habet, ubi in fontibus non habetur, sicut hujus
rei exempla multa bene congressit *B. Gerhardus.* Si igitur la-
tinis Interpr. licuit *exclusivam* adhibere alicubi, ubi in fonte
non extat; Quidni idem *Luthero* liceat in sua *Germanica* ver-
sione?

LXXVII. Circa effectum hunc etiã notandum est, quod in
V. T. hominibus proposita fuerit & quod æque ac nos illi *Justifi-*
cationem fide consecuti sint. Utrumq; negant *Sociniani* nequis-
simè. Videatur ergò de eo *Smalz. de prioric. D. Franz. Disput. 6.*
p. 93. De post. idem. l. c. p. 187. ubi inquit: *justificarum esse aliquem in*
V. T. fide in Mediatorem Christum anilis est fabula.

LXXIIX.

Cat. P. 3. p.
669.

Conf. B.
Chemn. L.

C. P. 2. p. 798

Dn. VVal-

ther. præf.

Harm. Bibl.
edit. ult.

LXXIIX. Assertio hæc falsissima est. Etenim Gen. 3, 15. nonne
Vid. B. in promissione illa de *Semine mulieris contrituro caput serpentis,*
Franz. in reconciliatio data est? quod semen fuit Messias qui erat libera-
Sen. Sacrif. turus nos. quæ doctrina postmodum in concionibus usque ad
D 3. th. 28. Christum repetita fuit ac propagata. *vid. B. Chemn. L. C. p. 2. p. m. 576.*
D. Meisn. Deinde extant in V. T. clarissimas promissiones de gratuita re-
Consil. Tneol missione peccatorum *Lev. 26. Es. 1. Jer. 3.* Illique igitur & justifi-
Phos. p. 749. catio promissa fuit. Nihil enim aliud est quàm remissio peccatorum.
Ec. Hinc etiam *Sancti semper remissionem peccatorum precibus à Deo fla-*
Vid. D. D. gitarunt, *Exod. 32. Moses, Job. 7. David Ps. 6. & c.* Non a remissionem
Calov. Soc. hanc peccatorum orassent, nisi illa proposita & promissa fuisset.
Proflig. D. LXXX. Hoc etiam affirmat sacer codex, quod etiam in V. T.
221. c. 7. & 8. homines æquè ac nos in N. T. fide in Christum remissionem pec-
 catorum consecuti. Act 4, 12. Act 5 in hunc Messiam credidit Eva,
 adeò ut in primo partu gaudio exclamet Gen. 4. *הוֹדוּתִי לַיהוָה*
 קניתי *ut etià Abel Heb. 11. 4. Abraham Rō. 4. Jacob. קוֹנֵי יְהוָה*
 קניתי *Gen. 49. & c.*

LXXXI. Sequitur *Causa formalis*, quæ non est *imputatio peccati*
reatus, verò *imputatio justitiæ habitualis & actualis Christi*, non qui-
 dem *realis* sed *rationalis*. *Christus enim est nostra justitia, Jer. 23. 2.*
Cor. 5. Phil. 3. 1. Cor. 1. justificat nos *effectivè*, quia nos justificat. *Ob-*
jectivè quia in ipsum fides nostra fertur. *Materialiter*, quia in ipso
 constituimur justi. *Formaliter*, quia illius justitia nobis imputatur
 & h. justitia coram Deo nos justificat. prob. *Rom. 4.* quæ fides A-
 brahamo *relativè* nixa in Christi merito fuit imputata.

LXXXII. *Causa finalis*, ostendit justitiã Dei. (1) quã nõ remittit
 peccata, ad ostensionẽ *δικαιοσύνης αὐτῆς* nisi intercedit satisfactio.
 (2) manifestat abundantissimam, ut ita loquar,) gloriæ & gratiæ
 Dei, *ἐν ἣ ἔχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ* Ephes. 6, v. Ut osten-
 deret *τὸν πλεονίστην δόξαν αὐτῆς ἡπιοσκεύη ἐλέος, ἀπορητοίμασεν, εἰς*
δόξαν, ut & justitiam, & satisfactionem. Respectu hominis est vel
 intermedia ut *εἰρήνην* *habemus conscientie* Rom. 5, 1. Extrema, ut
 possidemus hîc vel in specie, vel illic in re, Beatitudinem, vitam
 nempe æternam. Hanc dona, Christe Jesu, nobis propter tuam
 passionem & mortem tuam sufficientissimam, Amen!

Amen! Amen!

Μόνω τῷ Θεῷ δόξα.

99 A 69 12

ULB Halle 3
002 721 678




Sb.

VD 17

Recht o. Konv.







XXVII 97

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
JUSTIFICATIONE
HOMINIS, PECCATO-
RIS CORAM DEO:

Quam
IOVA IUVANTE
In Incllyta Academia VVitebergensi.
SUB PRÆSIDIO,
VIRI
Pl. Reverendi, Excellentissimi atque Clarissimi
DN. JOH. ANDREÆ QUENSTED,
S. S. Theologiæ D. atque Professoris Extraordi-
narii, nec non Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Adjuncti
meritissimi, Dn. Præceptoris, Fautoris & Promotoris
sui perennè colendi, devenerandi

Publico examini sistit
ALBERTUS TRACHSDORFIUS
S.S. MINISTERII CANDIDATUS, LIPS. MISN.
AUTOR AC RESPONDENS.
Ad diem Septembr. 8. Horis antemeridianis
In Auditorio Veteri.

LITERIS OELSCHLEGELIANIS.

913

